



Off

Re. 4

Ute

iliani oo

S

an So 1709

Ute

VII

Nat. & Gew.  
2 V. 22.

11.

1711. 4to 22.











SVPPLEMENTVM  
CATALOGI  
**PLANTARVM**  
SISTENS  
ACCESSIONES NOVAS  
<sup>QVIBVS</sup>  
**HORTVS ACADEMICVS**  
*WITTEMBERGENSIS*  
HVCVSQVE AVCTVS EST  
CVRA  
**D. ABRAHAMI VATERI**  
MED. PROF. PVBL. ANAT. ET BOTAN. SVBSTITVT. VT ET SOCIET.  
IMPER. NAT. CVR. ET REG. BRITANN. SOCII.



---

W I T T E M B E R G A E  
APVD VIDVAM GERDESIAM.  
M DCC XXIV.

SUPPLEMENTA  
CATALOGI  
PLANTARUM  
ACCESIONES NOVAS  
ORTVS ACADEMICAS  
MILLITARIBERGIANIS  
HAC SECE VAGTIA TEST

CAR.

D. ABRAHAMI VATERI

MICHAELI PAVLII MARIAE OTTONIUS SEQUITRIENSIS  
INTER NAT. CAR. ET REG. BRITANN. SOCI.



HILDEBRANDUS  
ALD. VIDAV. GRDBSVA  
M. DCC. LXXV

PERILLVSTRI  
ATQVE  
EXCELLENTISSIMO DOMINO  
DOMINO  
**BERNHARDO**  
S. R. I. EQVITI ET NOBILI  
DE **ZECH**

POTENTISSIMI POLONIARVM  
REGIS ET SAXONIAE ELECTORIS  
PRIMO STATVS REFERENDARIO  
ITEMQVE AVLAE ATQVE IVSTITIAE  
CONSILIARIO

**PATRONO AC MAECENATI MEO**

EA, QVA DECET, PIETATE ET REVERENTIA AD CINERES  
VSQVE, COLENDO SVSPICENDO QVE

PERPETVATRI  
ATQUE  
EXCELENTISSIMO DOMINO  
DOMINO  
BERNARDI  
S. ET DEVOTITATIS NOBIS  
DE SEC  
POTENTISSIMI POLONIARVM  
REGI ET SAXONIAE ELECTORIS  
PRIMO STATUS REFLERENDARIO  
ITEMVAE VALVE ATQUE USTITIAE  
CONSILIVARIO  
PATRONO AC MAGISTRALI MRO

17. QD. DE CIVITATE ET REPARANDIS AD CINEREA  
ACERE, COCENDO SARTICIDOSCAE

PERILLVSTRIS  
ATQUE  
EXCELLENTISSIME  
DOMINE  
PATRONE AC MAECENAS

OMNI PIETATIS ET OBSERVANTIAE CVLTV  
SV SPICIENDE,

**F**anta fuit Diui Parentis, Per-  
Illustris atque Excellentissi-  
mi Domini Bernhardi, S.R.I.  
Equitis et Nobilis de Zech,  
Augustissimi Regis Consilia-  
rii quondam intimi, in uniuersae Saxo-  
niae

( 3 )

niae, ac sigillatim Musarum, salute et in-  
columitate conseruanda, tuenda atque  
confirmando, meritorum atque benefa-  
ctorum copia, quae memoriam, Summi  
Huius literatorum Euergetae, in animis  
eorum nunquam mori patietur. Clades  
propterea, obitu Ipsius accepta, non potuit  
non luctum excitare generalem, qui o-  
mnium mentes ita occupauit, ut ad se  
redire, uiresque colligere uix dum ua-  
leant. In illo iusto moerore, nihil fu-  
isse sentio, quod animos erigere, dolo-  
risque leuamen ac solatium afferre po-  
tuerit, nisi quod Te, Perillustris Domine,  
Tanti Patris Filium dignissimum, super-  
stitem sciamus, in Quo uiuam Diui Pa-  
rentis Imaginem, atque eximum Pater-  
narum Virtutum Exemplar, uenerari no-  
bis

bis licet. Ex iis, qui praesidium, mor-  
te luctuosissima Diui Parentis amissum,  
in Te restitutum inuenierunt, quamuis,  
inter Zechianae Domus clientes, atque  
Zechiani Nominis cultores, ordine infi-  
mum me sciam, innumeris tamen bene-  
ficiis, a Perillustri Parente pariter, ac abs  
Te in me profectis, obrutus atque cu-  
mulatus, cultu et obseruantia postremus  
ego esse nolo. Ea de causa, hac occasio-  
ne, qua accessiones nouas Horti nostri  
Academici in lucem edere decreui, publi-  
cum, de quo dudum solicitus fui, pieta-  
tis atque obsequii, Perillustri Zechiano  
Nomini debiti, monumentum extare uo-  
lui. Accipe igitur, Perillustris Domine,  
Splendidissimo Tuo Nomini dicatas, le-  
uissimas has paginas, in gratissimi atque  
de-

deuotissimi animi tesseram, Tuoque Pa-  
trocrinio, uti hactenus, ita imposterum me  
frui, permitte, qui sum

**PERILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIMI  
INNON IAT**

WITTEMBERGAE  
D. XXIII. DEC.  
M. DCC. XXIII.

CLiens atqve cVltor  
perpetvus

AVCTOR



## LECTOR BENEVOLE

**D**ividit in praesenti Supplementum Catalogi Plantarum, duos ante annos editi, quo accessiones nouas herbarum exotiarum, quibus Hortus noster Academicus ab illo tempore auctus est, Tibi exponendas esse duximus. Locupletiores quidem has futuras esse, sperauimus, quoniam benevolentia atque humanitate Virorum Clarissimorum, Boerhavii atque Rittmeyeri, ex Amstelodamensi atque Lugdunensi Batauis, Sprengelii, ex Chelseano Londinensi, Dercumii, ex Herbipolensi Episcopali, atque Kleinii, Cuitatis Dantiscanae Secretarii meritissimi, hortis, plantarum exotiarum

A rarissi-

rariissimarum prouentu uberrimis, ultra sex-  
centa nouarum specierum, semina hoc anno  
obtinuimus. At enim uero, nescio, quo fa-  
to factum sit, ut uix tertia earum pars e terra  
progerminauerit. Inter ea, quae spem no-  
stram fecellerunt, dolemus imprimis arbores  
exoticas, Camphoriferam Iaponensem, Ca-  
ryophyllorum aromaticorum sylvestrem, Ser-  
nanise dictam, Coral, quae Corallodendron  
triphyllum Americanum spinosum, flore ru-  
berrimo, audit, Coniferam uel Conophoron  
Capitis Bonae Spei, Batauis Goudboom uan  
de Caap, item Kreupelboom, Brandhout-  
boom, Boerhauiu uero Conocarpodendron,  
folio crasso neruoso, lanuginoso, supra crena-  
to, ibique limbo rubro, flore aureo, cono fa-  
cile deciduo, dictam, Pinum satiuam Ameri-  
canam, Xylon seu Gossypium arboreum, Pe-  
relboom Americanam, quo nomine ex horto  
Amstelodamensi semen obtinuimus, forte, quod  
idem figura et colore margaritas aemulatur,  
ita uocatum, Pienanckboom Americanam,  
Corenteboom Americanam, aliasque, qua-  
rum prouentum frustra expectauimus. Desi-  
deramus pariter Soersack Americanum maius,  
quod nomen cum praecedentibus apud Bota-  
nicos reperire non potuimus, nec non fruti-  
ces peregrinos uarios, generis incerti, Ericae  
folio, Rorismarini folio, Spinosum folio inca-  
no, item frutescentem Africanam trifoliatam  
scrophulariae facie, ac id generis plures. Ut  
taceam

taceam nunc alias Asiaticas, Africanas et Americanas plantarum species rarissimas, aegre imprimis ferimus iacturam complurium mimosarum, praecipue sensu exquisitiori praे aliis praeditarum, Surinamensis atque spinosae tertiae Breynii, quarum semina, tum ex Amstelodamensi, tum ex laudati Kleinii horto ad nos translata, distinctis temporum interuallis, sub fenestris terrae mandauimus, e quibus tamen nulla prodiit, praeter Surinamensem maxime sensituum, quae unicam plantulam, in ipso tamen ortu rursus extinctam, monstrauit. Vides ergo, Lector Benebole, quantum, accessione plantarum illarum rarissimarum, horto nostro, ac praesenti catalogi supplemento, accedere potuisset ornamentum, at illae recentitae, cum multis aliis, in terra suffocatae, interierunt, nihilque, praeter sui desiderium in animo nostro reliquerunt. Hoc tamen nullatenus mihi sufficere uisum est, ad me, a descriptione reliquarum, quae prouenerunt, et floruerunt, atque ab editione huius supplementi, deterrendum, imprimis, cum mearum esse partium senserim, ut SVMMO Academiae ac Horti nostri NVTRICIO redam rationem, quid quantumque in hoc augendo ornandoque haetenus praestiterim. Reperiuntur inter plantas, in hoc supplemento enumeratas, non paucae, quae singulari horto nostro existunt ornamento. Virorum autem Clarissimorum, superius celebratorum,

A 2                    bene-

benevolentia in nos singularis, ac plane inusitata, sperare me iubet, fore, ut damnum, hoc anno perpeſsum, mox resarcatur, hortusque noster, nouis subinde accessionibus auctus, breui locupletior prodeat in publicum. Obtinuimus etiam, haud ita pridem, semen illius herbae, qua in Gallia, ad pestem curandam, praeprimis usi dicuntur, ut et radicem plantae, cuius folia ab attacētū, sanguinem, seu sucum cruxi similem, fundere perhibentur. Remanserunt quoque nobis ex iis, quae hoc anno non germinarunt, semina quaedam residua, a quibus sequenti anno plantas sperare licet, quae propterea inter incrementa horti nostri in fine recensere placuit. Ceterum, Lectorem Beneolum rogatum uolumus, ut hunc nostrum laborem aequi bonique consulat, atque plura alio tempore expectet. Vale et Fauē.



ACCES-



# ACCESSIONES NOVAE PLANTARVM

QVAE

IN HORTO  
WITTEMBERGENSI ACADEMICO  
AESTATE PRAETERITA  
FLORVERVNT.

---

## A.

**A**LCEA amplissima folio laciniato. *I. B.*  
Alcea Indica Bryoniae folio frutescens.  
Alcea laciniata flore purpureo.

Alcea laciniata flore albo.

Alcea maior et procerior *Rai. His.*

ALTHAEA frutescens, folio acuto, paruo flore,

## C. B.

Althaea frutescens maior ampliori folio. *Hort. Chel.*  
**A**LYSSON incanum luteum *Tournef.* seu Thlaspi,

Alysson dictum, campestre maius. *C. B. P.*

**A**LYSSOIDES Apula spicata *Column.* f. Thlaspidium *Tournef.*

**A**MARANTHVS flore luteo cristato et plumato.

**A**NGELICA Americana folio glabro.

- Angelica lucida Canadensis.  
 Angelica; Scandiaca; umbella flava, semine ro-  
 tundiori, Archangelica dicta. C. B. P.  
 APIVM montanum folio tenuiori. C. B. P.  
 APARINE semine coriandri quasi saccharato.  
 AQVILEGIA Virginiana flore incarnato.  
 ARGEONE seu Papauer Spinosum.  
 ASCLEPIAS flore nigricante I. B.  
 ASTER Conycoides latifolius, alpinus, odoratus, lu-  
 teus H. E.  
 ASTRAGALVS alpinus conophoros, seu Alopecu-  
 roides.  
 Astragalus annuus angustifolius, floribus subcoeru-  
 leis. seu Vicia Sefamacea.  
 Astragalus Dioscoridis, seu Syriacus perennis maior.  
Rauwolf.  
 Astragalus luteus procumbens, seu Glyzyrrhiza  
 sylvestris.  
 Astragalus luteus perennis procumbens Monspe-  
 liensis, corniculis recurvis. C. B. P.  
 Astragalus purpureus perennis Monspessulanus  
Moris.  
 A TRIPLEX angustissimo et longissimo folio.  
 B.

- BALSAMINA flore incarnato,  
 Balsamina flore purpureo.  
 Balsamina flore simplici, ex albo et coccineo varie-  
 gato.  
 Balsamina flore simplici magno, ex violaceo, pur-  
 pureo et albo variegato.  
 Balsamina flore simplici magno, ex persico carneo  
 et albo eleganter variegato.  
 Balsamina flore simplici magno, ex purpureo et al-  
 bo variegato.

Balsa-

Balsamina flore simplici, ex albo et laete purpureo  
variegato.

Balsamina flore, ex albo et persico eleganter varie-  
gato.

Balsamina Indica flore magno persico pleno.

**BARBA IOVIS** Africana.

**BELLIS** minima. *Triumfett.*

**BERMUDIANA** Iridis folio, fibrosa radice *Tournef.*

**BETA** Cretica, semine aculeato.

**BLATTARIA** flore albo, folio laciniatu.

**BORRAGO** Ceylanica maxima, flore ex coeruleo  
albescente.

Huius semen, inter alia Ceylanica, a Clariss. Dno.  
D. Rittmeyero ex Horto Amstelodamensi ad nos  
missa, accepimus.

**BPLEVRVM** angustifolium alpinum, seu Perfo-  
liata.

## C.

**CALENDVLA** flore melino pleno. *H. L.*  
**Calendula** Africana humilis, folio Leucoii, flore  
albo. *Commel.* seu *Caltha. Tourn.*

**CAMPHORATA**, seu *Santolina Africana*, Ericae fo-  
liolis congestis, flosculis singularibus albis.

Hanc Clarissimo Kleinio, Ciuitatis Gedanensis Se-  
cretario meritissimo, acceptam ferimus. Refertur  
autem, Clarissimo Boerhaui docente, ad Santoli-  
nas, ob similitudinem habitus, a quibus tamen flo-  
ris forma differt.

**CAPSICVM** fructu rubro pendulo, cordiformi bre-  
uissimo.

**Capiscum** fructu rubro pendulo, cordiformi maiori.

**Capiscum** fructu rubro pendulo oblongo.

**Capiscum** fructu rubro quadrangulari monstroso.  
Capsi-

- C**apsicum fructu rubro erecto, cordiformi maiori.  
**C**apsicum fructu rubro erecto breuiori.  
**C**apsicum fructu aurantio pendulo breuiori.  
**C**apsicum fructu aurantio pendulo longissimo.  
**C**apsicum fructu aurantio erecto cordiformi breuiori.  
**C**apsicum fructu aurantio erecto breuiori.  
**C**apsicum fructu aurantio erecto longissimo.  
**C**ARDVVS Creticus, Rapi folio. *Tourn. Cor.*  
**C**arduus albis maculis notatus, capitibus Cirsii,  
**C**ARVV M Hispanicum semine maiori. *Vall.*  
**C**ATANANCE quorundam Lugdunensium.  
**C**ATARIA Orientalis Teucrii folio, *Tourn. Cor.*  
**C**ERINTHE flore variegato.  
**C**HONDRILLA coerulea, laciniata, latifolia. *C. B. P.*  
**C**hondrilla iuncea viscosa aruentis, quae prima  
Dioscoridis. *C. B. P.*  
**C**NICVS albis maculis notatus, flore albo. *Tourn.*  
**C**nicus albis maculis notatus, flore purpureo. *Tourn.*  
**C**OLVTEA Aethiopica, barbae Iouis folio, flore  
rubro.  
**C**ONVOLVVLVS Indicus, flore albo.  
**C**onvolvulus Indicus flore violaceo. *Hort. Eys.*  
**C**ORCHORVS seu Melochia.  
**C**ROTALARIA Asiatica trifoliata, flore luteo.  
**C**RVPINA Belgarum.  
 Ab aliis ad Iaceas, Chondrillas, Cyanos, Centauria, refertur, Boerhaui vero Serratula annua, semine ciliari elegantissimo audit. Crupinae vero nomen nullibi, praeterquam in Ruppii Flora Ienensi inueni, quo loco rationem denominandi simul exponit idem.  
**C**YANVS arvensis marginibus variegatis.  
**C**YNOGLOSSVM latifolium marinum procumbens.  
*D. Da-*

## D.

- D**ATURA Aegyptiaca flore uiolaceo simplici, fructu spinoso rotundo. *Stramonium Tournef.*  
 Datura flore albo, fructu spinoso oblongo.  
 Datura flore ex albo uiolaceo, fructu oblongo spinoso.  
 Datura coccinea spinosissima. *Zanon*, seu *Stramoni-um ferox*. *Bocc.*

## E.

- E**CHIUM flore asperrimo et uerrucoso.  
 Echium maius et asperius, flore albo. *C. B. P.*  
 seu *Lycopsis Monspeliensium*.  
**ECHINOPHORA** seu *Caucalis Monspeliaca echinato*  
 magno fructu. *C. B.*  
 Echinophora seu *Caucalis Orientalis*, ferulae folie  
 altissima. *Tourn. Cor.*  
**ESVLA** erecta tuberosa, seu *Tithymalus*.

## F.

- FABA** Italica fructu uiolaceo.  
 Faba Italica fructu albo.  
 Faba fructu minori albo, maculis nigris notato.  
 Faba fructu albo, circulis nigris notato.  
 Faba fructu rubro.  
 Faba fructu coerulascente.  
 Faba fructu minori aureo.  
**FLOS SOLIS**, flore luteo simplici, semine cinereo.  
 Flos solis, flore luteo simplici, semine cinereo  
 striato.  
 Flos solis, flore luteo simplici, semine nigro.  
 Flos solis, flore luteo duplice, semine albo.  
 Flos solis, flore luteo pleno, semine cinereo.

B

Flos

Flos folis, flore luteo plero, semine fusco minori.

Flos folis, flore luteo pleno, semine nigro.

Flos folis, flore sulphureo simplici, semine cinereo striato.

Flos folis flore sulphureo simplici, semine dilute cinereo striato.

Alias Sol, Corona Solis, seu Helenium Indicum maximum.

#### FLOS PAVONIS Americanus.

Haec tantum, ex tribus huius nominis plantis, quartum semina ex horto Amstelodamensi accepimus, prouenit. Altera Gome, seu Flos Pauonis vocatur, quae in eadem sit cum priori, ignoramus. Tertia Poinciana, quae etiam frutex, seu Flos Pauoninus, Crista Pauonis, Acacia orbis Americani altera, item Erythroxylon Indicum, minus spinosum, Coluteae foliis, siliquis angustioribus, floribus ex luteo et rubro eleganter variegatis, audit, cuius tantum unica species apud Tournefortium, et Boerhauium reperitur. Noster Flos Pauonis non florem, ex luteo et rubro variegatum, ut Poinciana, sed tantum luteum pentapetalum habet, folia nero coniugata, costae simplici innascentia, nullo impari claudente, habet, in quo cum Coluteis et Poinciana conuenit. An itaque ad Poincianam sit referendus noster frutex, determinare non possumus, quia florem sero in autumno tulit, qui a Poincianae flore, a Tournefortio delineato, uidetur diversus, utpote qui stamina copiosiora et longiora habet. Illius interim iconem, in fronte huius catalogi expressam, exhibere voluimus.

FVMA-

FVMARIA Africana Vesicaria. Par. Bat. App. Cyphi-  
capnos Africana scandens. Boerb. Ind. Pl.

Funaria flore albo.

Funaria flore luteo.

## G.

**G**ALEGA Africana, flore maiori, siliquis crassio-  
ribus. Tourn.

GARIDELLA foliis tenuissime incisis. Tourn.

GERANIVM Africanum, Betonicae folio.

Geranium Africanum frutescens, Melissae odore.

Geranium Africanum frutescens, maluae folio la-  
ciniato odorato.

Geranium Africanum, flore coccineo, folio ma-  
ximo.

Geranium Africatum, folio eleganter crenato.

Geranium Africanum, Coriandri folio, flore incar-  
nato maiori. H. L. B.

Geranium Chium uernum, Caryophyllatae folio.

Tourn. Cor. I. R. H.

Geranium latifolium acu longissima. C. P. B.

Geranium pusillum maritimum, Betonicae folio.

R. H.

Geranium angusto cicutae folio, acu longissima.

C. B. P.

GRVINALIS petalis fuscis reflexis, alias Geranium  
phaeum seu fuscum.

GLYZYRRHIZA Africana siliquis compressis. Sub  
nomine Coluteae siliquis compressis accepi-  
mus, Nob. Dn. de Heucher autem eandem  
Glyzyrrhizis accenset. uid. Pr. H. W. pr. p. 64.

## H.

**H**EDYSARVM Ceylanicum triphyllum, flore coe-  
rulaescente.

B 2

Hin-

HIERACIUM macrocaulon hirsutum, folio tenuiori. *Lavvson. Rai.*

HORMINUM orientale, folio alato. *Tourn.*

Horminum pratense flore minimo. *Schol. Bot. Par.*

Horminum Syriacum, rugoso uerrucosoque folio, cornu ceruinum exprimente. *Prodr. Par. Bat.*

Elegantissimi et rarissimi huius hormini semen a Clarissimo D. Dercum, Botanices Professore Herbipolensi, accepimus, cuius benevolentiae quoque plures rariores plantas debemus. Florem vero hoc anno non uidimus.

HYOSCYAMVS Creticus luteus maior. *C. B. P.*

### I.

IVA MOSCHATA. seu *Chamaepitys moschata foliis serratis. Boerbau. Ind. Plant.*

IACOBAEA Africana frutescens, flore ampio pureo elegantissimo, Senecionis folio. *Volk.*

### K.

KETMIA arborea Brasileensis, Papayae folio, seu Ricini instar laciniato, floribus magis sulphureis, fructu erecto pyramidali hexagono sulcato, semine rotundulo, sapore fatuo.

Aliam Kettiam Brasileensem, ficus folio, fructu pyramidali sulcato, flore albo, ex horto Amstelodamensi accepimus, quae tamen e terra non prodiit. Differt autem haec ab illa, uti uideri potest apud *Boerbauum Ind. Plant.*

Ketmia uesticaria vulgaris, folio glabro, *ulgo Alcea uesticaria Veneta.*

Ketmia

KEYRI siliqua crucifera. *Leucoit nomine missa.*

## L.

**L**ACRYMA I OBI, alias Milium arundinaceum.  
**L**AMPSANA orientalis maxima, foliis maculatis.  
**L**APATHVM folio acuto rubente C. P. B. seu sanguineum.

**L**ATHYRVS angustifolius, siliqua ochri, flore coeruleo.

**L**athyrus angustifolius, semine rotundo Montis Baldi.

**L**athyrus angustifolius Americanus, flore albo et rubro variegato.

**L**athyrus *au<sup>to</sup>naptos*, supra et infra terram siliquas gerens. *Lathyrus onder de aarden.*

**L**athyrus flore albo et coeruleo.

**L**athyrus Hispanicus, flore luteo.

**L**athyrus peregrinus, flore coeruleo magno.

**L**athyrus sativus flore et fructu albo.

**L**athyrus semine pisii variegato.

**L**athyrus Siculus hirsutus, flore magno odorato.

**L**EVANTHEM V M Tourn. seu *Bellis maior et rario-*  
*flosculis, discum ambienibus, fistulosis.*

**L**INARIA Chalepensis erecta, flore omnino albo,  
*H. L.*

**L**inaria flore pallido, rictu purpureo.

**L**OTVS maritimus luteus, folio canescente.

**L**otus orientalis filiosus, flore luteo.

**L**otus ruber, siliqua angulosa. *C. B. P. seu tetragono-*  
*tobos. I. B.*

**L**otus siliquis ornithopodii.

**L**UPIN VS peregrinus maior, flore carneo. *H. L.*

M.

**M**ALVA altissima, flore albo.  
Malua annua rotundifolia, floribus omnium  
minimis, albis, pentapetalis, uerticillatim  
genicula ambientibus, seminibus arte iis-  
dem uerticillatim adhaerentibus. M. H.

Hoc nomine eam ex horto Amstelodamensi ac-  
cepimus, Clariss. Boerhaui uero eadem *Malua Sy-*  
*riaca*; *pumila*, *flosculis albidis*. *caulinis adhaerentibus*, audit.

*Malua Chineensis*, Kitai.

**M**ARBIVM orientale, folio subrotundo, flore  
purpureo. *Tourn.*

**M**E LANZANA fructu albo pendulo.

*Melananza* fructu rotundo globoſo uiolaceo.

*Melananza* fructu purpureo.

Tournefortio Melongena, alias *Mala insana* uo-  
catur.

**M**E LILOTVS Africana, flore luteo, folliculis ro-  
tundis. *C. B. P.*

*Melilotus lutea minor*, floribus et siliquis minori-  
bus, spicatum et dense dispositis.

**M**ILIUM Americanum maius, semine albo.

*Milium femine nigro.*

*Millefolium tomentosum Italicum odoratum*, flo-  
re aureo.

**M**IRABILIS Peruviana flore luteo.

*Mirabilis* flore, ex albo et purpureo variegato.

**M**YRRHIS trifolia, Canadensis, Angelicae facie.

Vocatur

Vocatur ab aliis quoque Angelica Canadensis trifolia, uti Auctor nobis est Celeberrimus Boerhaue, Botanicus exquisitissimus, *Ind. Plant. P. I. p. 69.* qui in transmittendis seminibus rarissimis, ad ornandum hortum nostrum, benevolentiam atque liberalitatem singularem hactenus iterato nobis praestitit.

## N.

**N**ICOTIANA maior angustifolia.  
Nicotiana maior latifolia. Vtique *ex horto Chelseyano prope Londonum.*

**NIGELLA** orientalis, flore flavo, semine alato,  
*Tourn. Cor.*

## O.

**O**CHRVS, folio integro, capreolos emitente, semine subluteo. *C. B. P. Lathyri species, quae Eruilia sylvestris Dodonei, I. B. Eruilia sylvestris. Dodon.*

## P.

**PENTAPHYLOIDES** erectum, ulmariae folio, flore albo. *Tourn.*

Pentaphylloides Canadense, folio Agrimoniae. *Saracen.*

Pentaphylloides supinum. *I. B.*

**PERSICARIA** orientalis, Nicotianae folio, calice purpureo.

**PHALARIS** orientalis altissimus perennis. *ex horto Chelf.*

**PHASEOLVS** Hispanicus, fructu violaceo.

Phaseolus Indicus maior, flore coccineo, semine nigro.

*Phaseolus minor uenereus, fructu ovali albo minori.*

*Phaseolus pumilus, seu non scandens, praecox.*  
*PISVM, praecox Anglicum minus, Rai.*

**Q.**

**Q**UAMOC LIT foliis tenuiter incisis et pennatis.  
*Tourn. Convolvulus pennatus exoticus rarius. Col.*  
*Iasmimum millefolii folio. C. B. P. Convolvulus*  
*exoticus annuus, foliis myriophylli, seu millefolii*  
*aquatici, flore sanguineo. M. H.*

**R.**

**R**ANUNCULVS hirsutus annuus flore minimo  
*Rai. Ranunculus arvensis, annuus, hirsutus, flo-*  
*re omnium minimo luteo, M. H.*

**R**APISTRVM orientale arborescens flore albo.

**R**HAGADIOLVS. Alias Hieracium siliqua falcatæ.  
*C. B. P. seu Hieracium stellatum. I. B.*

**R**HVS Africanum.

**R**VIA coerulea erecta elatior. *I. B.*

**R**VEOLA foliis radiatis, flore purpureo.

**S.**

**S**ALVIA Africana frutescens folio subrotundo,  
*glauco, flore aureo magno. H. A.*

**S**ANTOLINA foliis Rorismarini maior. *Tourn. A.*  
*alias Abrotanum foemina, Rorismarini folio,*  
*majus. C. B. P.*

**S**ABIOSA flore persico.  
*biosa orientalis, caryophylli flore, quorundam.*  
*An Scabiosa orientalis uillofa, flore Suaueru-*  
*ente, fructu pulchro oblongo. Tourn. Cor.*  
*Sca-*

Hanc ex horto Chelseyano, Clarissimi Sprengelii, Medici Londonensis ac Regiae Societatis Sodalis spectatissimi cura, obtinuitur. Ita illa uocatur, quoniam primo aspectu, lychnidis, uel caryophylli florem mentitur, quia calice tubuloso cylindrico gaudet, ac quinque petala superius ex calice perfecta monstrat. Haec tamen si accuratius inspiciantur, non sunt petala, sed quinque flores exteiiores monopetalii, infra tubulosi, supra quadrifidi, segmento superiori maximo, binis lateralibus minoribus, infimo breui et minimo. Flosculi medii pariter tubulosi et quadrifidi deprehenduntur; ac quatuor stamina florum ex pariete interno flosculi cuiusque surgunt, uti eam describit Clariss. Boerhaue, qui eidem propterea nouum genus constituit, eamque Lychni -Scabiosam appellat.

**SCLAREA** Canariensis, folio triangulo, caule tomentoso, *Tourn.* Alias *Horminum*, *baptatis ampleribus foliis*, seu ari modo alatis, *caulibus et pediculis araneosa lanugine villosis*, ex *Insula Gomera*. *Pluyn. It.* *Horminum Canariense tomentosum, bambato folio.* *M. H.*

*Sclarea laciniatis foliis Tourn.*

*Sclarea Lusitanica*, glutinosa, amplissimo folio.  
*Tourn.*

**SCORPIOIDES** uiciae folio.

**SIDERITIS** Canadensis altissima, Scrophulariae folio, flore flavescente. *Tourn.* Alias *Betonica maxima*, scrophulariae folio, flore e luteo pallescente. *Schul. Bot.*

**SILER** montanum maius. *Mor. Vmb.* sive *Ligusticum quod Sefeli officinarum.* *C. B. P.*

C

SILER

- SINAPI aruense praecox, semine nigro. Mor. H.  
 Sinapi Chinense, Acanthi folio, semine luteo.  
 Sinapi Creticum semine ruffo.  
 Sinapi Graecum maritimum flore albo.  
 Sinapi luteum, Lini segetum, Chelidonii querno  
     folio scisso, siliqua nodosa hirsuta. Hort. Cath.  
     uid. Volk. Cat. Plant.  
 SOLANVM Guineense annum, fructu magno, in-  
     star cerasi, nigerrimo, umbellato. Ex horto  
     Chelveyano.  
 Solanum pomiferum, frutescens, Africanum, spi-  
     nosum nigricans, flore Borraginis, foliis pro-  
     fundelacinatis. H. L. autog. Solanum spinosum ar-  
     borescens Capitis Bonae spet.  
 SONCHVS asper arborescens. C. B. P.  
 Sonchus Tingitanus, papaueris hortensis folio. Tourn.  
 SPHAEROCEPHALVS maior, flore candido, stami-  
     nibus in medio coeruleis. Tourn. Alias Echi-  
     nopus vel Carduus sphaerocephalus.  
 STOEBE maior, foliis cichoraceis, mollibus, lanu-  
     ginosis, flore albo. H. R. P. seu lacea foliis ci-  
     choraceis villosis altissimis, flore albo. Tourn.  
 Stoebe folio Plantaginis Prosp. Alp. Exot. seu Cata-  
     nane flore luteo, latiori folio. Tourn.  
 STACHYS Canariensis frutescens, Verbasci folio.  
 Tourn. Ex horto Chelveyano.  
 Stachys horminii folio, obscure uirenti, flore ferru-  
     gineo. Mor. Hist. Plant.  
 STAPHYSAGRIA Mayrb. Delphinium, Platani folio,  
     Staphisagria dictum, Tourn.

T. TA-

## T.

**T**ARAXACON, seu *Dens Leonis*, Monspeliensium  
Asphodeli bulbillis. *Lob. Adu.*

**T**RIFOLIVM bituminosum. *Cornut.*

**T**TRITICVM Tarmaelelis Africanum. Ex horto  
Amstelodamensi, inter Semina Capitis Bonae  
Spei accepimus, floruitque in autumno, sed  
femen non perfecit.

**T**ORDILIVM minus, limbo granulato, Syriacum.  
Tordilium minimum Apulum. *Column.*

## V.

**V**ALERIANA Indica flore albo, seu *marina latifo-*  
*lia maior. alba. M. V.*

Valeriana Indica, flore rubro, seu *marina angustifo-*  
*lia, minor, rubra. M. V.*

Valeriana foliis calcitrapae, magis dissectis. seu *an-*  
*nua altera Clufii.*

**V**ALERIANELLA Cornucopioides flore 'galeato.  
*M. V.*

Valerianella flore rubro minori.

**V**ESICARIA maior. flore albo.

Vesicaria minor, florealbo. Male Pifum cordatum.

**V**ICIA minima praecox Parisiensium. *H. R. P.*

Vicia multiflora maxima. *Phytolog. Britann.*

Vicia sativa alba. *C. B. P.*

C 2

Vicia

16 ACCESSIONES NOVAE HORTI WITT.

Vicia sylvestris lutea, filqua hirsuta, semine fusco  
variegato. C. B. P.

VIOLA tricolor. Elegantiores aliquot species.

VULNERARIA pentaphyllos Tourn. *Antyllis*, legu-  
minosa, *Loto affinis*, maior *Hispanica uesticaria*.  
*M. H. Item Trifolium Halicacabum seu uesticarium.*  
*I. B. P.*

X.

XANTHIVM Canadense maius, fructu, aculeis  
aduncis munito. *Tourn. seu Lappa Canadensis*,  
*minori congener, sed procerior. H. R. P.*

SEMINA

SEMINA RESIDVA  
EARVM  
**PLANTARVM**  
QVAE  
HOC ANNO NON PROGERMINARVNT.

**A**cer Platanoides *Munting.*  
Agrimonia Italica minor, flore albo. *Hort.*  
*Catb.*  
Agrimonia Orientalis humilis. *Tourn. Cor.*  
Alyssoides *Tournef.* seu Leucoium luteum, uriculato se-  
mine.  
Aristolochia longa.  
Asteriscus odoratus annuus.

**B**arbarea minor, nigro crasso lucido folio. *Hort.*  
*Catb.*  
Bidens Africana.

**C**alamintha praealta Sicula. *Boccon.*  
Campanula pyramidalis flore albo.  
Campanula urticae folio, maior et asperior, flore  
coeruleo et albo.  
Cassida peregrina melissae folio. *H. R. P.*  
Cicutaria latifolia foetida. *C. B. P.*  
Clinopodium perenne, Pulegii odore, maioranae  
folio.

**C**rambe maritima, foliis Erucae latioribus, fructu hastiformi. *Tourn.*

**C**ynoglossum Creticum.

**C**ynoglossum maius frigidarum regionum.

**D**aucus Siculus, Sophiae foliis; *Zanon.*

**D**igitalis Americana.

**D**orycnium Monspeliensium. *Lobel.*

**E**lichrysum faxatile, singulari capitulo, angusto Stoechadis folio.

**F**erula tenuiori folio, seu Foemina Plinii, *C. B.*

**G**entianella coerulea, oris pilosis. *C. B. P.*

**H**edysarum triphyllum Canadense. *Commelin.*

**K**etmia flore purpureo, seu Alcea Syriaca arborescens. *C. B. P.*

Ketmia arborescens flore albo.

**L**igusticum *Tourn.* seu Siler Aquilegiae folio. *Mor. Vmb.* aliis Libanotis.

**L**imonium elegans Rauwolfi. foliis Asplenii.

**L**imonium maritimum maius.

**L**upinus Indicus, minimi nomine missus.

**L**ychnis orientalis maior, noctiflora odorata, Bungo folio odorato.

**L**yco-  
**C**opersicum fructu rotundo striato molli, seu *Solanum pomiferum.*

**Lyc-**

*Lycopersicum* fructu rotundo rubro magno.  
*Lysimachia orientalis* angustifolia, flore purpureo.  
*Tourn.*

**M**arrubium orientale, angustissimo folio, flore  
albo. *Tourn. Cor.*  
*Medica maior* erectior, flore ex luteo et uiolaceo  
mixto. *Tourn.*

*Millefolium nobile*, flore albo. *Trag.*

*Molucca.*

*Myrrhis orientalis*, angelicae folio. *Tourn. Cor.*

**O**enanthe, Chaerophylli foliis. *C. B. P.*  
*Onagra latifolia*, floribus amplis.  
*Onobrychis minor*, fructu maximo, insigniter  
echinato. *Lob. Triumfett.*  
*Origanum orientale*, folio prunellae glauco, flore  
albo.

**P**anax Costinum. *C. B.*  
*Phaseolus Aegyptiacus* Lablab, semine nigro.  
*Phaseolus Lablab*, semine ruffo.  
*Phaseolus Lablab*, semine spadiceo.

**S**corpioidis species.  
*Scrophularia*, Scorodoniae folio. *Moris.*  
*Seseli Aethyopicum* frutescens. *Lobel.*  
*Sonchus Niliacus*, Gigas dictus.  
*Smyrnium orientale* maximum.

**T**elephium legitimum. *Imperat.*  
*Thalictrum Aquilegiae* folio.

Thym-

Thymbra legitima Clus.

Tithymalus hortensis.

Tithymalus latifolius, Cataputia dictus. H. L. B.  
Latyris maior C. B. P.

Tribulus terrestris ciceris folio.

Trifolium Bitumen redolens, angustifolium, fru-  
tescens.

Trifolium Fragiferum Frisicum.

Trifolium purpureum maius, folio et spica lon-  
giori.

Xiphus latifolius. seu Iris Bulbosa, Anglicæ. Di-  
uersæ species.



Imperfecto singulari

~~Carpinus~~

~~Norus~~

~~Juniperus~~

~~Alnus~~

~~Thuya~~

~~Hedera~~

~~Fraxinus~~

~~Rhuscus.~~

~~Rhaponticum~~



AB 46 3  
h, 16

ULB Halle  
001 953 494

3



D

SR

Po/10



**Farbkarte #13**



SVPPLEMENTVM  
CATALOGI  
**PLANTARVM**  
SISTENS  
ACCESSIONES NOVAS  
QVIBVS  
**HORTVS ACADEMICVS**  
*WITTEMBERGENSIS*  
HVCVSQVE AVCTVS EST  
CVRA  
**D. ABRAHAMI VATERI**  
MED. PROF. PVBL. ANAT. ET BOTAN. SVBSTITVT. VT ET SOCIET.  
IMPER. NAT. CVR. ET REG. BRITANN. SOCII.



W I T T E M B E R G A E  
APVD VIDVAM GERDESIAM.  
M DCC XXIV.

